



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Variorum In Europa Itinerum Deliciæ**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

Stargardiae in Megapoli.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

Nuper erat socii domus hac, mors abstulit illum,  
 Cumq; hodie mea sit, cras erit alterius.  
 Sursam igitur mens agra vide magni atria cali,  
 Hic te certa domus, propria teclu manent.



## WARENI IN ME- GAPOLI. IN TEMPLO.

AD SEPULTURAM EPISCOPORUM SUEKI-  
nensium ex nobili familia Buloviorum.

**V**os qui transitis, memores nostri quoq; sitis.  
 Quod sumus, hoc eritis, fuimus quādoq; quod estis.



## STARGARDIAE IN MEGAPOLI.

**M**agnanimo heroi Ulrico, Henrici filio ex Stargardia  
 Ducibus ultimo, Principi bellica laude, & he-  
 roica virtute clarissimo:  
 Illustriss. Princeps Ulricus, Dei gratia, Dux Megapol. Prin-  
 ceps Vandalorum, &c. gratissimam in maiores pie-  
 tatem testatus suam, memoriae posuit.

Anno M. D. XXXIIII.

Hoc tua nobilitas, toties spectataq; virtus  
 Promeruit, cippus ne rudit ossa tegat.  
 Dux Ulrice, tibi stirpis data linea summa est,  
 Te tulit extremum Stargaris alta ducem,  
 Te genus, & proarvi decorant, te stemmat agentes.  
 Tollunt, tu factis nobile nomen habes,  
 Vicini sensere virum, sensere cohortes,  
 Victricesq; tuas extimuer manus.

C: 9

Nonne hic ad tumulum vagina conditus, olim  
 Principis Ulrici fatifer ensis erat?  
 Hoc fido accinctus gladio, saepe hostica castra, &  
 Clara Duces fudit Marchia terra tuos.  
 Hic Solyma, Magno comitatus principe, templum  
 Vedit, tum Sinai saxa stupenda jugi.  
 At postquam varios hauxit sub Marte labores,  
 Urget grandavum senior atq; dies;  
 Error inest rebus, sic non sibi mixta, veneni,  
 Ignarus sceleris, pocula forte bibit.  
 Sed cum postremum sentiret adesse laborem;  
 Hos, calum intuitus, fudit ab ore sonos:  
 O quantum belli! quantus cum sanguine sudor!  
 Quatuor obq; asses, vile toralq;, Deus.  
 Verum ille ut merito posthac in honore jaceret,  
 Principis Ulrici hoc nobile fecit opus.  
 Vivit perpetuo, mortisq; est nescia virtus,  
 Si bene promeritos præmia digna manent.

D. S. O. E. IN ARCE

STARGARDIA.

ANNO M. D. LXXI.



## STRALSUNDII.

## IN MARIANO.

## MEMORIÆ

M. Samuelis Calandri, hujus Eccles. past. non lingua  
 tantum & veste, sed animo & vita veré Theologi:  
 paternoq; erga auditores, & sincero erga omnes affectu:  
 & sapientiæ eloquentiæque Christianæ zelo præstantiss.  
 qui ut antea, ita in peste quoque aliis inserviens, seipsum  
 consumens, cum omnium bonorum mœrore & deside-  
 rio, ad meliora est sublatus. In spem certissimæ resurrecti-  
 onis, uxori cariss. marito, liberi opt. parenti cum lacrymis  
 uber-